

sumptis, idem archiepiscopus cupiens sue prouidere quieti, iuri siquod sibi in electione huiusmodi extiterat acquisitum, in nostris manibus renuntiauit expresse. Nos autem huiusmodi renuntiatione recepta, ad prouisionem ipsius ecclesie salutarem debita solertia consurgentes, ut ipsam auerteremus a dispendijs que solent ecclesijs ex uacatione diutina prouenire, in eundem archiepiscopum tunc Decanum ipsius ecclesie ut premittitur quem fidedignorum testimonio accepimus uirtuosum, oculos direximus nostre mentis, sperantes in domino quod per ministerium sue sollicitudinis, et uirtutis, prefata ecclesia in prosperitatem consurget obtatam, et brachio consolationis subnixta, in spiritualibus et temporalibus auctore domino gratis proficiet incrementis, eundem Nicolaum ipsi vpsallensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio prefecimus in Archiepiscopum et pastorem, sue prudentie curam et administrationem ipsius ecclesie spiritualiter et temporaliter committendo, ac postmodum sibi a venerabili fratre nostro .J. Tusculanensi Episcopo, de mandato nostro munere consecrationis impenso pallium de corpore beati sumptum, insigne pastoralis officij, ab eo cum ea qua decuit instantia postulatum, sibi per dilectos filios nostros Matheum sancte Marie in Porticu, Guillelmum sancti Nicolai in Carcere Tullianensi, et Benedictum sanctorum Cosme et Damiani Diaconos Cardinales fecimus exhiberi. Saluo iure ecclesie Lundensis, que in eadem vpsallensi ecclesia ius primatie asserit se habere. Quocirca vniuersitatem uestram rogamus et hortamur attente per apostolica uobis scripta mandantes, quatinus eundem Archiepiscopum tanquam patrem et pastorem animarum uestrarum cum ad uos uenerit deuote suscipientes, obedientiam sibi et reuerentiam debitam impendatis, ipsius salutaribus monitis et mandatis humiliter intendendo. Alioquin sententias quas idem Archiepiscopus propter hoc rite tulerit in rebelles, ratas habebimus, et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Anagnie XVI Kal. Septembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Bullan borta, jemte snöret, hvarpå den hängt.

På uppvecket: .J. de ver. På baksidan: Helyas de Spoleto. R, Capitulo cccclxxxiiii.^o

1138—1142.

1295 d. 17 Aug.

Anagni.

Påfven BONIFACIUS VIII:s Bullor till folket och till Presterskapet i Upsala stad och stift till Lydbiskoparne, till Konungen och till Hertigen i Sverige, af samma innehåll med de föregående, angående Ärke-Biskops utnämningen.

F. 1: 349,

In eodem modo (sc. ac præced. N:o 1136, 1137) dilectis filiis Populo Civitatis et Dioc. Vpsallensis.

In eodem modo Dilectis Filiis Clero Civitatis et Dioc. Vpsallensis.

In eodem modo Venerab. Fratribus Vniversis Suffraganeis Ecclesie Vpsallensis.

In eodem modo Carissimo in Christo Filio . . . Regi Svecie Illustri.

In eodem modo Dilecto Filio Nobili Viro . . Duci Svecie.

1143.

1295 d. 28 Oct.

Rom.

Påfven BONIFACIUS VIII:s Bulla till Ärke-Biskopen NILS i Upsala, med tillstånd att inom stiftet bortgifva andeliga värdigheter och lediga embeten, hvilka enligt Lateranska mötets beslut voro Påfliga stolen förbehållna.

A. r. a. 44.

BONIFATIUS episcopus servus servorum dei. venerabili fratri .N. Archiepiscopo vpsalensi, salutem et apostolicam benedictionem. Tuam uolentes honorare personam et per honorem tibi exhibitum alijs prouidere, conferendi hac uice per te uel per alium aut alios personis ydoneis omnia beneficia ecclesiastica cum cura uel sine cura etiam si personatus uel dignitates existant que in tua Ciuitate et diocesi tanto tempore uacauerunt, quod eorum collatio est ad sedem apostolicam secundum Lateranensis statuta concilij legitime deuoluta, ita quod singulis singula beneficia conferantur, ac inducendi personas ipsas in ipsorum beneficiorum corporalem possessionem, et inductas etiam defendendi, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem ipsis ad iudicjum sicut iustum fuerit primitus euocatis, Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi. Non obstantibus si aliquibus ab eadem sede indultum existat quod interdici suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem, et quauis alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus presentium impediri ualeat uel differri, et de qua cuiusque toto tenore de uerbo ad uerbum in presentibus habenda sit mentio specialis, fraternitati tue plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum V kalend. Nouembris Pontificatus nostrj Anno Primo.

Blybullan quar på segelgarnssnöre.

På uppvecket: .F. R. På baksidan: Helyas de Spoleto. R, Capitulo cccccxxxix.